

SCRIPTA

Numéro Scripta : 468

Auteur(s) : Robert IV d'Argences, Jumièges, Saint-Pierre (abbé)

Bénéficiaire(s) : Guillaume de Verdun [clerc]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1188

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Cession par Robert [IV d'Argences], abbé de Jumièges, et les religieux à Guillaume de Verdun d'une portion de l'église de Saint-Paër, autrefois à Joscelin, sous réserve de leurs anciens droits consistant dans la perception, à Noël et à Pâques, de la moitié des offrandes en deniers, et, le jour de la Purification, de la moitié du luminaire. Sur l'ancienne rente de 100 sous, monnaie courante, qui leur était acquittée, ledit Guillaume paiera 40 sous le jour de la translation de saint Martin et 40 sous dans l'octave de Pâques, les 20 sous restants lui étant remis à titre personnel sur la demande de Gauthier, archevêque de Rouen.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° CLIV, t. 2, p. 97-99.

Dissertation critique

du 17 avril au 8 avril 1189 d'après J.-J. Vernier.

Texte établi d'après a

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit, frater R[obertus] abbas dictus et conventus Gemmenticensis, salutem et orationem. Ad omnium vestrum noticiam volumus pervenire nos magistro Willelmo de Verdun illam portionem ecclesie Sancti Paterni, que fuit quondam Joselini, integram et liberam cum omnibus pertinentiis et obventionibus suis, salvo jure episcopali, dedisse de nobis habendam et tenendam sub antiquis consuetudinibus, videlicet quod nos in tribus festivitibus anni, scilicet ipsa die nativitate dominice et die pasche medietatem oblationum in denariis tantum, et die purificationis medietatem candelarum percipiemus, et de antiqua pensione. C. solidorum communis monete quam percipere consueveramus, .IIIIor. libras duobus anni terminis, .XLta. solidos in festo transitus sancti Martini et .XLta. in octavis pasche, nobis memoratus magister W. persolvit, quia ei ad preces domini Rothomagensis de debita nobis pensione .XXti. solidos communis monete personaliter remisimus, quamquidem remissionem, eo quod de nostra voluntate pro suo servitio et pro amore domini Rothomagensis processit, nullum dominus Rothomagensis nobis voluit in posterum parere prejudicium, quominus post sepe nominati magistri W[illelmi] decessum a successore suo integram percipiamus. C. solidorum pensionem. Igitur ut quod sollempniter egimus futuris etiam temporibus ratum permaneat et inconcussum, prelibatam donationem sigilli nostri munimine et presenti[s] scripti annotatione posteris nostris in perpetuum

derivare memoriam decrevimus. Actum est hoc apud Rothomagum anno incarnationis dominice. M°. C°. LXXX°. VIII°. presentibus S., abbate Sancti Audoeni et V., Sancti Georgii, et I., archidiacono Oxinefordie, et magistris Roberto de Sancto Paterno, Johanne Sagiensi et Radulfo de Richesp., et Symone, et aliis quam pluribus tam clericis quam monachis.